

866 Aquileiae nelle case poste in un angolo presso le case delle Torri, ora di M. Pietro Alessandro RAMB. similiterque SAN. In domo D. Francisci canonici ACC. In casa mia nel muro della scala nel cortile CAPOD. Deinde in museo Bertoliano, nunc com. Cassis.

T · CAESERN
M A C E D O
Q V I N C T I A N
C O S
5 C O L L E G I O
F A B R O R V M
D · D

Descripisi. Exhibent Bellonus n. 62; Sanutus f. 43 n. 75; Vat. 5250 f. 64' n. 29; Rambertus n. 60; Capodaglio n. 42; Accursius n. 25; Don. 9, 9 (inde Donat. 230, 4) ex Ramberto; a Turre p. 360; Beretta ms.; Mur. 358, 4 ex schedis suis et Turrio; Bertoli p. 302 n. 423; Zandonati p. 202; Kandler iscr. dell' Istria n. 486. A prioribus Orelli 3780.

867 rep. a. 1726 ad pontem Monasterii cum titulis n. 861. 862 BER. cavata non ha guari nella mia presenza appresso il Monistero BERT. Deinde in Villa Vicetina extra Aquileiam ante aedes Bacciochi.

T I · C L A V D I O
T I · F I L · P A L
S E C V N D I N O
L · S T A T I O · M A C E D O N I
5 P · P · L E G · I I I · F · F · T R I B · C O H
P R I M · V I G · T R I B · C O H · X I
V R B A N · T R I B · C O H · V I I I · P I
P P I T E R V M P R A E F · L E G · I I · T R A
P R O C · X X · H E R · P R O C · P R O V N C
10 L V G D V N E N S · E T · A Q V I T A N I C A E
A R A T I O N I B · A V G · P R A E F · A N N O N
L · S A V F E I V S · I V L I A N V S
A M I C O · O P T I M O

Contuli. Exhibent Mur. ms. et 690, 6 a Beretta; Bertoli p. 163 n. 166; Kandler ms. et in Istria 1850 p. 220.

Ti. Claudio Ti. fil. Pal. Secundino L. Statio Macedon[i], p(rimo) p(ilo) leg(ionis) IIII F(laviae) f(elicis), trib(uno) coh(ortis) prim(ae) vig(ilum), trib(uno) coh(ortis) XI urban(ae), trib(uno) coh(ortis) VIII pr(aetoriae), p(rimo) p(ilo) iterum, praef(ecto) leg(ionis) II Tra(ianae) [f(ortis)], proc(uratori) XX her(editatum), proc(uratori) provin(ciarum) Lugdunens(is) et Aquitan(icae), a rationib(us) Aug(usti), praef(ecto) an(nonae)] L. Saufeius Iulianu[s] amico optim[o]. Primipilatus iteratus post tribunatum (non iteratus simpliciter ante tribunatum, cf. supra n. 534 et Kellermann vig. n. 36) a primipilatu vulgari eo differt, quod in illo legio non enuntiatur, cum praeterea ad primipilatum ea adici soleat nomineturque in priore primipilatu in ipsis iis titulis, qui omittunt in posteriore. Testes sunt praeter hunc tituli Orell. 74 (centurio frumentariorum; primipilaris leg. III Gall.; praef. leg. II Ital.; trib. coh. III vig.; trib. coh. XI urb.; trib. coh. X pr.; primipilaris bis); Henzen 5456 (centurio legionum duarum quae nominantur; primipilaris legionis III Aug.; praepositus vexillationibus; trib. coh. III vig.; trib. coh. XIII urb.; trib. coh. II praet.; primipilaris II); Henzen 6938 (primus pilus leg. V Macedonicae; praef. civitatum quarundam bis; tr. mil. coh. VIII pr.; primus pilus iterum). Sequitur autem iteratum hunc primipilatum certe in hisce tribus hominibus procuratio aliqua, quamquam secundus eorum postea rediit ad equestres militias denuo suscipiendas. Iam cum notum sit milites ex primo pilo honeste dimissos privilegiis quibusdam usos esse, quae non competebant dimisso ex tribunatu vel praefectura, haec causa videtur fuisse, cur milites qui ad primipilatum pervenissent, deinde equestres militias petissent, antequam a militia abirent, primipilatum alterum acciperent ita, ut non in numeros referrentur, sed ex eo gradu statim dimitterentur. Quamquam nihil vetuit eiusmodi primipilarem antequam mitteretur etiam praefectura legionis fungi, quod fecit Secundinus; sed ut simplicis primipilaris loco legioni alicui adscriberetur, vix crediderim factum esse. — A rationibus Augusti is est qui alibi dicitur procurator a rationibus (vide mem. inst. arch. 2, 324).

868 in villa di S. Martino nel bosco di Cirvignano RAMB. BELL. SAN.

N A I C O
S E R
V N C T O R I
F A B I A N V S
5 C O S

Secundus servavit apud Bellonum n. 95; Sanutum f. 46 n. 113; Rambertum n. 88; Capodaglio n. 106. Inde Don. 7, 189 ex Ramberto; a Turre p. 361 (ex hoc Mur. 348, 2; Bertoli p. 303 n. 425; Orelli 2791).

His n. 868—870 adiungenda Graeca C. I. Gr. 6752 sic a me in baptisterio Aquileiae descripta ex lapide: Σεργίου | Ἐπταίου | Σεροιλίου | Φαβιανού | ὑπατικοῦ | φίλῳ καὶ ἰατρῳ̃ | Οὐψανία | Ὀστιδία | ἐποίησεν.

869 Aquileiae in platea.

P H O E B I A N O
S E R
M E D I C O
F A B I A N V S
C O S

A Turre p. 361 (inde Mur. 348, 3 neque aliunde opinor Bertoli p. 303 n. 424, ab his Orelli 2792). Apud Capodaglium haec non extat.

I PHAEBIANO traditur.

870 cippus. Aquileiae in quadam domo supra portam MARC.; dietro la casa delle due torri sopra la porta grande RAMB. similiterque BELL. SAN.; in domo vulgo la Torre ACC. Patavii apud Ramusios, postea apud Contarenos PINELLI. Ateste in hortis Contareni GUD. Nunc in museo Estensi n. 51.

T R O P H I M O
L I B
F A B I A N V S
C O S

Contuli. Antiquus in Rediano f. 135 Aquil. n. 21 et apud Marcanovam (Bern. n. 573, Mut. n. 6) et Ferrarinum cod. Reg. n. 21. Secundus apud Bellonum n. 61, Sanutum f. 43 n. 74, Vat. 5250 f. 64' n. 28, Rambertum n. 29, Capodaglio n. 28; inde pendent a Turre p. 360 et Bertoli p. 304 n. 426. Accursius n. 8. Hi collocant Aquileiae; Patavii vero Atesteve Ramusius in cod. Marc. n. 12; Sirmondus cod. Paris 1419, 376; Pinelli cod. Ambros. C. 61 inf. f. 39 et apud Grut. ms. et 955, 10; Gud. ms. 376, 1, ed. 363, 8 et ind. p. LXIII; Ant. Angeliari Este p. 19; Furlanetto lap. Est. p. 144, lap. Pat. p. 336 n. 398. Sine loco Donius cod. Vat. 7113 f. 9'. A prioribus Orell. 2790.

871 litteris magnis, Aquileiae apud Moschettinum.

M · L I C I N I · P E T I L I · A I A
C · M · V · P A T R I S · I N C O N
A E L I A · L I C I N I A · P E T I L I A
F I L

Descripisi.

872 Aquileiae rep. inter titulos honorarios a. 1788; extat in museo Cassis.

C · L V C I L I V S · C · F
T R I V M · V I R V M
C A P

Descripisi. Rodari n. 6; Pironiana n. 4. 10; Coletus ms. 1789 n. 14; Moschettini ms. indeque Steinbüchel Wiener Jahrb. A. B. 47 (1829) p. 60.

Sic fere Coletus et Pirona n. 4. Idem n. 10, item Rodari et Moschettini non habent nisi v. 1 et Moschettini quidem recte, illi male (C · LVCILIO · C · F Pir., P · LVCILIVS · R · F Rod.). Quae magis crediderim eiusdem tituli imperfectum exemplum quam titulum diversum.